

*Magnus ut quindecimvir sacris faciundis in actis ludorum saecularium a. 204 nuper
repertis. — 3) Iuridico regionis.*

1139 P. Cornelio P. f. Gal. Anullino¹ | Iliber.², praef. ur[b.], cos.³,
procos. | prov. Africæ⁴, p[ra]et., trib. | pleb., q., leg. prov. Narbonens.⁵,
proco[s. pro]v. | [Ba]eti[c.], I[e]g. I[e]g. VII Gem. [p. f., | leg.] Aug. pr.
pr. pro[v.] . . . | . . . , curat. a[l]v[e]i⁶ et [rip. | Tiberis] . . .

*Granada (Iliberri) (II 2075 et melius II S. 5506 vidit Huebner). — 1) Hic
est Anullinus qui a. 194 coptis Severi ad Issum praefuit (Dio 74, 7); memoratur
etiam Dio 75, 3; epit. 20, 6. — 2) Iliberritano (praeterea vix umquam domus enun-
tiatur in titulis senatorum, cf. Mommsen Staatsr. III p. 887). — 3) Consul fuit
suffectus anno incerto sub Marco aut Commodo; post hunc titulum positum factus
est iterum cōsul ord. a. 199. — 4) A. 193 (supra N. 413). — 5) Apparet ordinem
honorum confusum esse. — 6) Haec primus recte legit Huebnerus.*

1140 ⟨Tib. Cl. Candido¹ cos.⟩² | XVvir. s. f., leg. Augg. | pr. pr.
provinc. H. c.³ | et in ea duci terra marique | adversus rebelles H. h. p.
R.⁴ | item Asiae item Noricæ⁵, | duci exercitus Illyrici | expeditione Asiana⁶
item Parthica⁷. | item Gallica⁸, logistae civitatis | splendidissimæ Nicome-
densium | item Ephesiorum, leg. pr. pr. provinc. | Asiae, cur. civitatis
Teanensium, | allecto inter praetorios item | tribunicios, proc. XX hered.
per | Gallias Lugdunensem et Belgicam et utramq. Germaniam, | pre-
posito copiarum expeditiōnis Germanicae secundae⁹, | trib. mil. leg. II Aug.,
praefecto | cohrtis (*sic*) secundae civium | Romanorum, | Silius Hospes
hastatus leg. X | Geminae, strator eius, | optimo praesidi.

*Tarracone (II 4114 vidit Huebner). — 1) Hic est Candidus memoratus inter-
duces Severi a Dione (cf. not. 6. 7). — 2) Quae uncis inclusi, in litura dicuntur
reposita esse. — 3) Hispaniae citerioris. — 4) Sic exceptit Huebner (H. h. p. p.
alii); videtur significari: rebelles Hispaniae, hostes populi Romani (Mo. C. II p. 711).
— 5) Asiae et Noricæ, scilicet rebelles. Noricum sive provinciam Noricam Severi
partibus vi demum coactam accessisse ex hoc titulo collegit Wilmanns (ex. 1201).
— 6) A. 194 contra Pescennium Nigrum (Dio 74, 6). — 7) Intellegitur expeditio
quae Pescennianum bellum secuta est (Dio 75, 2). — 8) Contra Albinum. —
9) M. Aurelii et Commodi adversus Marcomannos a. 178 seq.*

1141 L. Fabio M. f. Gal. Ciloni Septimino Catinio Aciliano Le|pido
Fulciniano¹ cos.², | comiti imp. L. Septimi Severi Pii | Pertinacis Aug.
Arab. Adiab. p. p.³, | sodal. Hadrianal., cur. Min.⁴, leg. | Aug. pr. pr.
provinc. Pann.⁵ et Moe|siae sup., Bithyn. et Ponti, duci ve|xill.⁶ per Ita-
liam exercitus imp. | Severi Pii Pertinacis Aug. et M. | Aureli Antonini
Aug., praepo|sito vexillation. Perinthi per|gentib.⁷, leg. Aug. pr. pr. provin.
Gal|at., praef. aer. militar., procos. prov. | Narbon., leg. Aug. leg. XVI
F. f., pr. urb., | leg. pr. pr. prov. Narb., trib. pl., quaest. | prov. Cret.
Cyr., trib. mil. leg. XI Cl., | Xvir. stlit. iudic., cur. r. p. Nico|medenis,
Interamna|tium Nartium, item Gravi|scanorum, Ti. Cl. Ambrelianus γ leg. V |
Macedonicae ob merita.